a)



sumus enim aliquando filii iracundiae sed filii d(e)o per spiritum adoptionis effecti et dici id meremur potius quam nascimur

Et quia omne quod fit antequam fiat non fuit nos cum filii non fuissemus ad id quod sumus efficimur. ante enim filii non eramus sed postquam meruimus hoc sumus. sumus autem non nati sed facti neque generati sed adquisiti adquisivit enim sibi d(eu)s populum et per hoc genuit. genuisse autem d(eu)m filios numquam cum proprietatis significatione cognoscimus non enim ait filios meos generavi et exaltavi sed hoc tantum filios generavi et exaltavi nisi forte in eo quod ait filius primogenitus meus isr(ae)l, quisquam hoc quod primogenitus meus dicit ad detrahendum filio proprietatem generationis intellegit ut quia et de israhel dixerit meus ad sumptio factorum filiorum pro nativitatis proprietate usurpatus sit et idcirco non sit nativitatis proprium quod de eo dictum est hic est filius meus dilectus cum meus etiam illis proprium esse dicatur quos non natos esse manifestum est non natos autem esse licet nati esse dicantur. uel ex eo docetur cum dicitur populo qui nascetur quem fecit d(omi)n(u)s

Ergo populus isr(ae)l ita nascetur ut fiat neq(ue) per id quod nasci dicitur non intellegitur et fieri ex adoptione est enim filius non ex generatione neq(ue) ei proprietas sed nuncupatio est

q XXIIII

b)



ł·ii·

20

decem et octo convenientes apud Niciam episcopi sunt anathema deinde omnes qui usiae ex inde expositionibus adfuerunt spre quoque pridem iam mortuus anathema tibi pater tuus est. cui Nicaena synodus fuit curae. quantus ille sis opinionibus infamata perturbas et contra humanum divinumq(ue) iudicium cum paucis satellitibus tuis profanis inpugnas. sed non licet tibi nunc regno potenti etiam in posterum praeiudicare

Extant enim litterae quibus id quod tu criminosum imputas pie tunc esse susceptum docetur. aut uerborum sanctum intellegentiam aut ecclesiae inperturbatam constitutionem aut di[illegible] fidem aut humanae ipsi confidentem securitatem aut hereticae damnationis publicum sensum et intellegete divinae religionis hostem et inimicum memoriis sanctorum et paternae pietatis rebellem

[illegible]

Expl. liber in Constantium

Inc. eiusdem ad Constantium

Benignissimo [illegible]

**A. D. 509/10. — St. Hilary of Poitiers. Half-uncials.**

Rome, Archivio di S. Pietro, D. 182.